Significamus prntibus lris nris quorum interest uniuersis et singulis. Quia nos Prouidum Mathiam Wyleziowsky in Mnialem Gnalem creamus et constituimus dandum illi plenam facultatem omnia negocia in Ministerialem Gnalem concernentia in omnibus Pallatinatibus ac Districtibus Regni agen et exercen, ita tamen ut prius coram Judicio seu Officio competenti iuramentum fidelitatis iuxta rotam in Statuto descripta praestet, ab eoq de more tondeatur. Quod omnibus et singulis quorum interest ad noticiam deducen mandamus, ut eum pro vero Miniali generali habeant, omniaq negocia in Ministerialem gnalem spectantia exercere patiantur Pro gratia nostra. Datum ex Castris ad Smolenscum die Prima Mensis Aprilis. Anno Dni MDCXI°. Regnorum nostrorum POLONIAE XXIV SVECIAE vero XVII anno. Rellao Illris et Magci Dni Felicis Krisky in Drobnin Reg. Pol. Procancelly Zakrocimen Kouelienq Capitanei Faelix Krisky in Drobnin Vice Cancells Regni

Quibusquis lris Sac Regiae Mtis Judium prius visis et lectis, iuramentum corporale quod praenotatus Wyleziowsky super Offum Mnialiatus sui fideliter iuxta rota iuranti Mnialium in Statuto Regni desciptam prestitit, ipsumq de more totondit, ac Mniali Gnali Regni Prouido Jacobo Burnosz pro lgtimo Mniali proclamare mandauit, prout idem Mnialis coram Judicio prnti personalr stans palam recognit. Quia pdictum Wyleziowsky pro vero Mniali Regni Gnali, hic in Castro Lublinen publicauit, et multis Nobus ad debitam notitiam deduxit.

Inter Krobonowskie et Jedrzeiowsky Scrutiniu.

Lecta

Proposuerunt Judicialr coram prnti Capli Castren Lublinen Judicio, Nobiles Joannes et Albertus Krobonowszy, Nobilis olim Martini Krobonowsky filij et succores lgtimi, Actor, con Gnosum Nicolaum Jedrzeiowsky Dituk, cittone lrali Capli Castren Lublinen, citteum, in haec verba: Joannes Firley de Dambrowica Capitaneus Lublinen. etc. Tibi Gnoso Nicolao Jedrzeiowsky Dituk, de bonis tuis oibq Vigore Regio et

nra

nra Capli authoritate mandamus, ut coram nobis Judicioq nro Castren
Capneali Lublinen in Terminis Judicialibg Castren Lublinen feria secunda
ante festum Nativitatis Sancti Joannis Baptistæ prox ventura in Ca-
stro Lublinen cellebrandis, vel hinc quando ibidem celebrabuntur, personaliter
peremptorieq compas: Ad instan Nobilium Joannis et Alberti Krobonow-
skich, Nobilis olim Martini Krobonowsky filiorum et successorum legiti-
morum. Qui te cum assisten Nobilis Dorotheæ de Pieszanowice
Krobonowska, eiusdem olim Nobilis Martini Krobonowsky relict Con-
sortis, matris et tutric suæ, inhærendo Statutis et Constitutionibus
Regni de expediendis scrutiniis sancitis, citant ad deducendum et ex-
pediendum con te per actores scrutinium, testesq ad investigandum rei
veritatis inducendum; in causa necis pdicti olim Martini Krobonow-
sky, per te cum famulis et complicibus tuis, tibi de noie melius notis
in persona eiusdem olim Martini Krobonowsky ex inflictione eidem
vulneris ictu globi bombardæ longæ in humerum dextrum traiecti le-
talis violenter patratæ, prout de hoc protto et obductio pclamatioq
capitis pfati in Actis nostris fact, latius obloquitur; ad videndumq et au-
diendum deductionem scrutinij pfati per Judium nostrum Capneale
decerni pstito, per ipsa tutrices actorum de non corruptis testibus iu-
ramento, atq eo expedito illud actoribus in occluso rotulo extradi,
aliaq eo in negotio fieri solita peragi, et con te procedi, contuma-
tia non obstante. Datum in Castro Lublinen feria sexta in Crasti-
no festi Sacratissimi Corporis Christi pxa. Anno Dni Millesimo
Sexcentesimo Undecimo.

Et Judicium prns Caple Castren Lublinen, ad affectationem partis citatæ
ex cittone Actorum, iuxta præceptum Constitutionis, pdictum cittum ad deducti-
onem scrutinii, pro parte sua innocentia sua declaranda, con actores admisit
prius tamen pstito iuramento de non corruptione et conductione testium.
Quumam vero pfatus Nicolaus Jedrzeiowsky, cittus, iuramentum corpo-
rale de non corruptione et non conductione testium, iuxta pscriptum iuris co-
munis in facie Judicii pstitit et debite est executus. Ideo Judicium
prns ad examinationem testium pcessit, et testimonia eorum in occlu-
so rotulo parti citta se extraditurum obtulit.

Dudzinsky